



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Processio tempore mortalitatis & pestis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

Populum tibi subditum, pro peccatis suis fame laborantem, ad te Domine, converte propitius; qui quærentibus regnum tuum omnia adicienda esse dixisti. Qui vivis & regnas cum Deo patre &c.

PROCESSIONE TEMPORIS MORTALITATIS ET PESTIS.

Fiat ut supra, ^{et} in Litanis ^{majoribus} & post ^{v.} Ab ira tua dicatur bis: **A** peste & fame. **R.** Libera nos Domine; & post Versum. Ut fructus &c. dicitur, Ut à pestilentia flagello nos liberare digneris &c. In fine Litaniarum dicitur Pater noster &c. ^{v.} Et ne nos inducas &c.

Psal. Domine ne in furore tuo arguas me &c.
pag. 207.

v. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

v. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

v. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

Q q 2

R. Cito

R. Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia
pauperes facti sumus nimis.

V. Ora^{te} pro nobis S. Sebastiane. *S. Roche et S. Refugia*

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

V. Domine exaudi orat.

R. Dominus vobiscum.

Oremus.

Exaudi nos Deus salutaris noster, & interce-
dente beata & gloriosa Dei genitrice Maria, &
Sanctis beato Sebastiano *Roche Refugia* martyre tuo, & omnibus San-
ctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terrori-
bus libera, & misericordiæ tuæ fac largitate se-
curum.

Propitiare Domine supplicationibus nostris,
& animarum corporumque medere languoribus,
ut remissione perceptâ, in tua semper benedictio-
ne lætemur.

Da nobis Domine piæ petitionis effectum, &
pestilentiam mortalitatemque propitiatus aver-
te, ut mortalium corda cognoscant, & te indig-
nante talia flagella prodire, & te miserante cessare.
Per Dominum &c.

PRECES DICENDÆ TEMPORE BELLII.

*Peractis omnibus ut supra in majoribus Litiis, ad finem Lita-
niarum dicitur, Pater noster &c.*

v. Et